



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Casvs, Et Censvrae, Ex Concilijs Prouincialibus, & Dioecesanis nostris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

**Ioan. XXII.** 49 Qui impediunt Legatos, Nunciosve  
in extrauag. Apostolicos, nè recipiantur, neque ea  
cap. Super faciant, quorum causa missi sunt.  
gentes.

**Leo X. Sess.** 50 Qui librum, aut quacunque scriptu-  
ram imprimunt, imprime curant,  
nisi prius in urbe per Vicarium, & fa-  
cri palati magistrum; in aliis verò  
diocesis ab Episcopo, aliove peri-  
to homine quem is delegerit, & ab  
Inquisitore, liber, scripturave com-  
probata fit.

**Leo X. in**  
**Council.** 51 Qui prædicando aut disputando im-  
pugnaret Montes pictatis.

**Pius III I.** 52 Qui gymnasioru rectores, aut alii fa-  
cultate doctorandi habentes, ad cathe-  
dras, uel ad gradus aliquæ promoueri  
patiuntur, non facta fidei professione.

Ex Concilio Tridentino.

**Sess. 24. c. 6.** 53 Quicunque mulierem rapuerit: qui  
de reformatio- item confilium, auxilium, vel fau-  
matrimonio. rem præbuerit.

**Ibid. cap. 9.** 54 Quicunq; quo quis modo, tam virum,  
quam mulierem cogit, quominus libe-  
rè matrimonium contrahat.

**Sess. 25. c. 1.** 55 Quicunque Magistratus ab Episco-  
po regulari. po requisitus, brachii secularis auxi-  
lium non præbuerit, ut clausura moni-  
tialium conseruetur, & vbi violata  
est, restituatur.

**Sess. 25. c. 5.** 56 Quicunq; sine Episcopi, aut superio-  
ris facultate scripta, intra septa moni-  
sterii monialium ingressus fuerit.

**Sess. 25. De**  
**regularib.** 57 Quicunque, virginem aliquam, vel  
viduam, vel aliam mulierem, mona-  
sterium ingredi, vel habitum cuiusvis  
religionis suscipere, uel professionem  
mittere coegerit.

**Ibidem.** 58 Quicunq; item confilium, auxilium,  
vel fauorem dederit.

**Ibidem.** 59 Quicunque etiam illius mulieris re-  
pugnantiam sciens, quoquo modo ei-  
dem actui præsentiam, vel consen-  
sum, vel auctoritatem interposuerit.

**Ibidem.** 60 Quicunque præterea illius volunta-  
rem, vel accipiendi, uel voti emit-  
tendi, quoquo modo sine  
iusta causa im-  
pedie-  
rit.

**C E N S V R A E, E T C A S V S,**  
Qui aliquando Summo Pontifici,  
ali quando Episcopis re-  
feruati sunt.

61 Inquisidores, & commissarij eorum, **Clement. No**  
vel Episcoporum, sive capituli sede  
vacante, qui pecuniam modis illici-  
tis extorserint, aut scienter Ecclesiæ  
bona fisco, etiam Ecclesiæ, ob deli-  
ctum clerici adiudicare tentarint.

Hic casus ante satisfactionem Papæ **cap. Cōque-**  
absolutioni referuatur, post satisfi-  
cationem Episcoporum absolutioni.

62 Qui effringut, & spoliant loca sacra:  
incendiarij item. Hi casus ante de-  
nunciationem Episcopales sunt, post  
denunciationem verò Papales.

63 Quicunque licentiam alicui dederit  
occidendi, aut capiendi eum, qui ex-  
communicationis sententiam tulerit  
contra Reges, Principes, nobiles, eo-  
rum ve ministros: aut eiusdem bona,  
suosq; offendendi; & illos item, quo-  
rum occasione talis sententia lata est.  
Hic si duorum mensum spatio refi-  
puerit, eius absolutioni Episcopo; fin  
minus, Papæ referuatur.

64 Qui anno Iubilei, facta ex literis Pô  
tisijs omnium indulgentiarum su-  
spensione, indulgētias plenarias pro-  
posuerit, euulgarit, prædicarit.

65 Quicunq; aliquid qui ad ecclesiam **cap. Defini-**  
confugerit, facultate ab Episcopo nō **uit 17 q. 4.**  
imperata ab ipsa ecclasia cōtraxerit.

**C A S V S, E T C E N S V R A E,**  
Ex Concilijs Provincialibus,  
& Diocesanis no-  
stris.

66 Raptore virginum. **Concil. r.**  
67 Qui moniales violarine. **tit. quz pes-**  
tin. ad sacra.

68 Qui abortum procurarint. **penitentia.**

69 Qui in secundo, vel propinquiori co-  
gnationis gradu incestū admiserint.

70 Incendiarij, & qui damni iniuriae  
causa, vites, vel arbores alienas in i-  
derint.

71 Ecclesiam polluentes.

72 Homicidæ voluntarij.

73 Qui parentes percuaserint.

74 Qui locis piis infantes exposuerint.

cūm

- cum habeant unde ipsos alant, neque eorum locorum damna resarcierint.
- 75 Qui ad magicas artes, veneficia, superstitiones, & alia huic generis, Eucharistia, sacrive rebus abutuntur.
- Concil. i. tit. eodem.** 76 Qui stateras, mensuras, monetasve adulterarint, corruprint.
- cap. Qui patroch.** 77 Quicunque præter parochum confessarius, etiam regularis, sine Episcopi approbatione scripta confessionem audierit.
- Concil. 4. part. 2. titul.** 78 Qui sponsalia contraxerint, si vna ante eos celebratum sit.
- Concil. Provin. 2. tit. 1. distin. 27.** 79 Quicunq; notarii, legata de piis causis, aut de rebus male partiis restituidis, tribus post mensibus quam testatoris obitum scierint, Episcopo non denunciarint.
- Concil. Provin. 2. tit. 3. cap. 15.** 80 Quicunque clerici mortui, aut Ecclesie cui inservierat, bona surripuerit, atque inuaserit.
- Concil. Provin. 3. tit. de Iis qd ad bona ecclesiastica c. quod provincial.** 81 Quicunque, absque inuasione ex clerici mortui domo supellecitem, rem que aliquam, aut scripta ad ecclesiam pertinientia, ante confectum inuentarium asportarit.
- Concil. Provin. 3. tit. de Iis qd ad matrimon.** 82 Qui falsum impedimentum attulerit ad matrimonium malitiosè impediendum.
- Concil. Provin. 5. tit. 1. cap. penam.** 83 Quicunque secreta processuum officii sancta Inquisitionis euulgari.
- Concil. Pr. 5. titul que ad dies festos.** 84 Quicunque diebus Quadragesime laruatas vexationes & inania spectacula ediderit, interdicti censuram subicit.
- Concil. Provin. 5. par. 1. tit. quz pertin. ad poen. ea. cum pro tempore.** 85 Quicunque confessarius absque Episcopi facultate a casibus reseruatis absoluierit.
- Synod. Dioces. 1. cap. 18.** 86 Quicunque verò priuilegii alicuius prætextu id admiserit, penam suspensionis ipso facto incurrit.
- Concil. cod. 6. de facult.** 87 Quicunque veneficiis aut incantationibus ad matrimonium impediendum vñus fuerit, qui itē ad veneficia absolueenda adhibuerit verba superstitionis.
- Concil. cod. titul. quz ad matr. c. Tridentina.** 88 Quicunque spc futura dispensationis matrimonium gradu prohibito contraxerit.
- Concil. cod. titul. de Bapt. c. vlt. Trouinc. 4. tit. de Bapt. 5. Graue.** 89 Quicunque tam vir, quam mulier, etiam præter matrem, & nutricem, in lecto infantem anno non exploste fine cunis tenuerit.
- 90 Qui item id facere coegerit.
- 91 Quicunque clericus fraudi affenserit **Concil. Provin. 6. titul.** & vtendo, ab ordinis sui functione suam ad ord. fac. cap. 1. spenditur.
- 92 Quæcumq; mulier capite non velato **Concil. 6. titul.** ecclesiam ingredietur, si monita non paruerit, interdicti censuram subicit.
- 93 Quicunque facultatem alicui dede- **Mulieres.** rit accedendi ad monialium mona- **Concil. 6. titul.** stria, aut eorum septa ingrediendi. **Moniales.** Dat. Mediolani ex ædibus nostris Archi- **c. Neque in episcopalibus, Die vlt. Aprilis. 1584. Postcrum.**

## TABELLA DISCIPLINÆ

Quam in Synodo Diocesana, Mediola-  
nen sis Clerus, & viuversè & sigil-  
latim accurate seruet.

CLERVS ad Synodum conuocatus,  
secum cogitet, quas ob causas hæc  
actio annuversaria celebretur.

Qua in cogitatione videat, præclaras illas virtutes sibi præstandas esse, quæ in clero elucere debent.

Religiosam igitur animi præparationem

in omni actione synodali adhibeat.

Incessu, statu, sessione, omniisque actu, mo-

rum gravitatem præ se ferat.

Disquirat etiam atque etiam sèpè ac diligenter vñusquisque omnes vitæ sue partes, ac muneris curationisve suæ officiæ, quæ sibi, vel disciplinæ clericalis legi, vel decretis prouincialibus diocesaniis commissa, aut demandata sunt.

Tum videat, an clericalis institutionis moribus congruenter viuat.

An spiritualis disciplinæ exercitationes obeat.

An in diuinorum officiorum cultu religiose se gerat.

An in ecclesiasticis functionibus obrum dis diligens.

An in decretorum executione solitus.

An sancto zelo accentus.

Scrutetur deniq; de se, proposito Dei timore, omnia & singula, quæ aut sua, aut populi commissi, aut ecclesiæ in curam traditæ causa exequi debet: ita ut in synodali scrutinio rationem reddat, pro ordinis, aut curationis suæ munere diligentissimè: ac præterea quæ emendatione digna sunt, omni deuotione fideliter studeat emendare.

Hæc